cussit pontificis seruum & abscidit eius auriculã dex
terã. Erat autẽ nomen seruo malchus; Dixit ergo
ihs petro; Mitte gladium in uaginam; Calicem
quem dedit mihi pater non bibam illum; Cohors
ergo & tribunus & ministri iudeorũ conprehende
runt ihm & ligauerunt eum; Et adduxerunt eũ
ad annam primũ. Erat autẽ socer caiphe qui e
rat pontifex anni illius. Erat autẽ caifas qui consi
lium dederat iudeis quia expedit unum hominem
mori p populo; Sequebatur autẽ ihm simon petrus
& alius discipulus; Discipulus autẽ ille erat notus
pontifici & introiuit cum ihu in atriũ pontificis.
Petrus autẽ stabat ad ostiũ foris; Exiuit ergo
discipulus alius qui erat notus pontifici & dixit
hostiarie & introduxit petrum. Dicit ergo pe
tro ancilla ostiaria; numquid & tu ex discipulis es
hominis istius? dicit ille non sum; Stabant autẽ
serui & ministri ad prunas quia frigus erat & cale
fiebant. Erat autẽ cum eis & petrus stans & ca
le faciens se; Pontifex ergo interrogauit ihm de
discipulis suis & de doctrina eius; Respondit ei
ihs; Ego palam loquutus sum mundo; Ego semp
docui in synagoga & in templo quo omnes iudei
conueniunt & in occulto loquutus sum nihil.
Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt
quid loquutus sum ipsis; Ecce hi sciunt quę dixe
rim ego; Hec autẽ cum dixisset unus adsistens
ministrorũ dedit alapam ihũ dicens; Sic respon
des pontifici? Respondit ei ihs; si male loquutus
sum testimoniũ phibe de malo; si autẽ bene quid